DE LEGIBUS ET SENATUSCONSULTIS ANNI 710: QUAESTIONES CHRONOLOGICAE; DISSERTATIO INAUGURALIS HISTORICA QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN ALMA LITERARUM UNIVERSITATE; DIE XXII MENSIS FEBRUAR II ANNI MDCCCCXCIII

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649313594

De legibus et senatusconsultis anni 710: Quaestiones chronologicae; Dissertatio inauguralis historica quam Consensu et Auctoritate amplissimi philosophorum ordinis in Alma Literarum Universitate; Die XXII Mensis Februar II Anni MDCCCCXCIII by Paul Groebe

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

PAUL GROEBE

DE LEGIBUS ET SENATUSCONSULTIS ANNI 710: QUAESTIONES CHRONOLOGICAE; DISSERTATIO INAUGURALIS HISTORICA QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN ALMA LITERARUM UNIVERSITATE; DIE XXII MENSIS FEBRUAR II ANNI MDCCCCXCIII

Trieste

AH 7808.93

DE LEGIBUS ET SENATUSCONSULTIS ANNI 710.
QUAESTIONES CHRONOLOGICAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS HISTORICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

DIE XXII MENSIS FEBRUARII ANNI MDCCCXCIII

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

PAUL GROEBE

SAXO-BORUSSUS.

ADVERSARII ERUNT:

C. HORNER, STUD. PHIL.
D. KALOPOTHAKES, STUD. PHIL.
F. FROEHLICH, DR. PHIL.

LIPSIAE 1893.
APUD MAX. HOFFMANN.

AH 7808.93

Harvard College Library
Gift of
James Loeb,
May 7, 1909

OTTONI HIRSCHFELD
ULRICO KOEHLER
SACRUM.

Res Romanas post Caesaris mortem gestas ut exquirerem, hisce causis sum adductus: primum enim arbitror de legibus et senatusconsultis anni 710 ex Ciceronis orationibus Philippicis et epistulis partim alia partim plura effici posse quam adhuc effecta sunt. Deinde Drumanni (Geschichte Roms t. I.) et Langeii (Röm. Altertümer t. III) sententias non semel a quibusdam sine causa in dubium vocatas esse persuasum habeo. Tum ipsius Ciceronis epistulas nonnumquam certioribus terminis circumscribi posse confido.

Nec vero opus fuit nec fieri potuit, ut omnes leges, omnia senatusconsulta tractarem. Neglectis igitur iis, quae satis perspicua fuerunt, ad ea sola accessi, quae in temporibus definiendis maximas praebuerunt difficultates viris doctis.

Argumentum.

Caput I: Quo tempore et quo modo Antonius legem de coloniis deducendis exsecutus sit . . p. 1
Caput II: De provinciarum distributione . . . . „ 4
1. de Syria et Macedonia . . . . . „ 4
2. de permutatione provinciarum . . . „ 8
3. de provinciis Bruto et Cassio datis . „ 17
a. de frumentario negotio . . . „ 17
b. de Creta et Cyrenaica . . . „ 19
Caput III: De restitutione Sex. Pompeii . . . . . „ 27

Excursus I: De epistulis extremo mense Maio et a Cicerone et ad Ciceronem scriptis . . „ 32
Excursus II: De Cic. ep. ad Att. XIV 9—12 . . „ 38
Excursus III: De Ciceronis legatione . . . . . . „ 40
Excursus IV: De Cic. Phil. I 8—9 . . . . . . „ 41
Excursus V: De Octaviani conatu Antonii necandi . „ 43

Tabula chronologica de rebus inde a Caesare occiso usque ad a. d. VII Id. Oct. gestis . . „ 44

Caput I.

Quo tempore et quo modo Antonius legem de coloniis deducendis exsecutus sit.

A. d. XVI Kal. Apr. senatus in aede Telluris acta Caesaris servanda esse decreverat[1]) et referente Antonio veteranis agros a Caesare assignatos comprobarat (Phil. I 6; Att. XIV 14,2). Quo senatusconsulto permoti consules — nam Dolabellam quoque rei interfuisse constat ex Phil. VIII 25 — legem tulerunt de coloniis deducendis. Quae lex statim post leges de actis Caesaris confirmandis deque dictatura in perpetuum tollenda lata esse videtur (Phil. V 10) non multum post mortem dictatoris. Num autem tres hae leges eodem die perlatae sint et a. d. VIII Kal. Mai. perlatae sint, id quod Lange, R. A. III 492, 494, 499 coniecit, non satis firmum exploratumque videtur. Sed certe res facta est ante a. d. V Kal. Mai.[2]). Nam hoc die, si tardissime (cf. p. 2) Antonius ad peragendam legem de coloniis deducendis ex urbe discessit.

Quam diu enim consul Romae fuerit, satis certis terminis definiri potest. Primum enim tumultus Marii a. d. XVIII Kal. Mai.[3]) ab Antonio ipso in urbe est sedatus (App. III 2—3). Deinde e compluribus Ciceronis epistulis dimidia parte mensis Aprilis datis (Att. XIV 10 seq.) elucere videtur, Antonium illo tempore in urbe fuisse. Quibus in epistulis permultum Cicero

---

[1]) Att. XVI 14,1: *multo firmius acta tyranni comprobatum iri quam in Telluris.*

[2]) Quae iam inde ab Idibus Aprilibus Cicero scripsit de Sextiliano fundo, de Tebassis, Scaevis, Frangonibus, aliis (Att. XIV 6 seq.) num ex hac lege manarint, non potest diiudicari. Fluxisse potius videntur e falsis Caesaris commentariis.

[3]) Hoc die a Mario supplicium sumptum esse apparet ex ep. ad Att. XIV 7 et 8. cf. Phil. I 5; Lange R. A. III 493.